

Initium brevis Prooemii: *Omnipotentis Dei magnificentia sua uult pietate solita &c.* Ipsi^{us} Historiae: *Anno igitur incarnationis xpy^{ti} septingentesimo octuagesimo. imperii uero Karoli magni septimo &c.* Meminit Petrus de Natalibus in *Cat. SS. L. V. c. 33.* Theopompi et Senesii Nicomediae passorum. Bollandus eos ex *Martyrologio Rom.* profert ad diem 3. Jan. sub nomine Theopempti et Theonae dicti etiam Synesii. Successores ejus T. V. Maji p. 2. in *praetermissis ad diem 21.* Maji dicunt, se Acta eorum graeca, prolixiora, quam latina nactos esse, simulque translationem Reliquiarum *Nonantulam* factam,

atque ea omnia seruaturos *Supplementis Mensis Januarii* olim edendis. Interea uero *Ferd. Ugbellus* Narrationem hanc *Italiae* suae *Sacrae* inferuit, ubi legitur *edit. novae T. V. col. 491.* ex Codice *Nonantulensi* uetusto, ut ait, quo tamen noster prolixior est; cum enim ille in haec designat uerba: *ipsorum precibus usque hodie sanantur*, noster plus 56. lineis excedit, narratque pestem saeuissimam tempore *Rodolphi II.* Abbatis, qui obiit 1037. circumgestatione sacrorum Corporum a populo *Nonantulensi* abactam, *versus* item eorum sarcophago inscriptos esse, quos recitat hoc initio et fine:

Hic recubat sanctus Senesius intus in arca.

Theopontius extans almus in ipsa.

Quos sudore suo uexit Rodolfus adelpbus.

Qui tunc teruisio degebat paupere cella.

Petrus sacra sacer condens posuitque locello &c.

Viuere Rolandi per uos sit in ethere beati

Rodolphi primitus pro *Roland* scriptum putem; uox enim rescripta est. Alia de his Martyribus *Cosmae Materiensis* Carmina habes *Ugbellii T. II.* in *Epp. Mutinensibus col. 111.* Initium narrationis totius decerpfit etiam *Mabilonius Afor. O. S. B. Sec. I.* p. 13.

lum exhortatorium ad *Virginem* quandam de officiis *Castimoniae*, quod incipit: *Quantam in celestibus beatitudinem uirginitas sancta possideat preter scripturarum testimonia ecclesie etiam consuetudine edocemur &c.* *Hieronymo* olim adtributum interque *Subposititia* translatum legitur *edit. Vallars. T. XI. p. 127.* titulo *Laus Virginitatis*, atque in *Admonitione* praevia recte arguitur non diu post annum 404. conscriptum fuisse, eo, quod adludat ad *Innocentii I. Pont.* Epistolam ad *Victricium Rothomag.* hujus anni, quam

CCLVI. VI. H. 26.

664 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 256. 4. eleganter scriptus, eximiaque notae continet; I. sine inscriptione Opuscu-

quam *nuper* datam ait. Incertiora sunt, quae ibi de Autore conjectantur *Paulo* vel *Petro* Presb. *Pannonio*. Ut enim ille teste *Genadio* c. 75. ad *Constantiam* quandam de Virginitate scripserit; *Libros* tamen II. is memorat insignitos *de virginitate servanda et contemptu mundi, ac vitae institutione vel morum correctione*, dum *Codices mss.* noti solum *unicum* exhibent; de *stilo* is *mediocri* loquitur, dum *Noster* praeclare aemulatur *Hieronymum*; *Jovinianum* denique a *Paulo* reprehendi asserit, de quo in Opusculo nostro ne *γῆν* quidem. Itaque alius quaerendus foetui parens, atque is est *Sulp. Severus* ad Sororem suam *Claudiam*, cujus et aetas congruit, et nomen praefert vetustissimus Codex Coll. *Trinitatis Cantabrig.* e cujus apographo Opusculum istud epistolare edidit *Steph. Baluzius* L. I. *Miscell.* p. 335. Non desunt in *Codice* Lectiones, quibus impressa perficiantur. Sic speciminis ergo, dum haec mox sub initium habent: *Digna revera Domino hostia tam pretiosi animalis oblatio, et nullius magis, quam suae imaginis, hostia placitura*, Codex legit: *Digna reuera domino tam preciosi animalis oblatio. et nulla magis ei quam imaginis suae hostia placitura*. Et mox impressa: *Grande est et immortale, et pene ultra naturam corpoream, frenare luxuriam &c.* Codex: *Grande est enim. et mortalem pene ultra naturam, corpoream sopire luxuriam &c.*

II. fol. 22. p. 2. ἀνεπιγραφως
Opusculum exhortatorium ad Matronam conjugio ligatam, quod incipit: *Vetus Scripturae celebrata sententia est. esse pudorem quo gloria inueniatur et gratia &c.* Inter *Epistolas Hieronymi* legitur edit. *Vallars.* T. I. col. 1089. inscriptum *ad Celantiam matronam*, sed *Hieronymo* adjudicatum, ab aliis ad *Paulinum*, ab Editore vero mox dicto, subtimide quidem, ad *Sulp. Severum* refertur, cui conjecturae id subfragari possit, quod in praesenti Codice *Severi* Opusculum continuo excipiat, ejusque stilum satis exprimat. Collationi non inopportuno esse, vel id suadet, quod paullo post initium Impressa legunt: *magna quadam fidei violentia, et animum in utroque nutantem*; Codex vero: *magna quodammodo violentia, et animum inter utrumque nutantem*, quae utique castigatiora sunt.

III. fol. 44. a manu Sec. XIII.
Inscriptio: *Hinc uerba et fides Rufini usque ad sequens Capitulum*. Nequis hac Inscriptioe decipiatur, en initium: *Audiui quosdam cum apud Beatitudinem tuam controuersias siue de fide siue de alijs nescio quibus questionibus commouerent &c.* Non igitur *Fides* illa est *Rufini Syri* XII. Anathematismis constans, quam *Joh. Garnerius* ad *Mar. Mercatoris* Opera T. I. p. 114. vulgavit, nec ille prolixior *Libellus Fidei*, quem post *Jac. Sirmondum* idem edidit et illustravit loc. cit. p.

286. sed *Ruffini Aquilej. Apologia ad Anastasium Pont. quam Dom. Vallarsius exhibet T. II. Opp. Hieronymi col. 573.* cujus Exemplo nostrum istud probe congruit.

IV. fol. 47. p. 2. absque Autoris nomine legas: *Ad donatum. Ad uirgines. De lapsis. De ecclesie catholice unitate. De patientia. De zelo et liuore.* Sunt haec *Cypriani Ep. Carthag. Seculo III.* illustris, quorum Titulos hic conglobavit Librarius, ipsis Opusculorum initiis deinceps ἀνεπίγραφως relictis. Primum itaque incipit: *Bene admones Donate karissime. nam et promississe me meministi &c.* et extat *Opp. omn. edit. Venet. 1728. p. 2. f. inter Epistolas primo loco.*

V. fol. 59. Tractatus *Ejusdem* alias inscriptus: *De Habitu Virginum.* Incipit: *Disciplina custos spei. retinaculum fidei &c.* Extat edit. cit. col. 353.

VI. fol. 75. *Ejusdem De Lapsis.* Initium: *Pax ecce dilectissimi fratres ecclesie reddita est &c.* Edit. cit. col. 371.

VII. fol. 99. p. 2. *Ejusdem De Unitate Ecclesiae.* Initium: *Dum moneat dominus et dicat. uos estis sal terrae &c.* Edit. cit. col. 395.

VIII. fol. 120. *Ejusdem De Bono Patientiae.* Initium: *De Patientia locuturus fratres dilectissimi et utilitates ejus &c.* Edit. cit. col. 491.

IX. fol. 135. p. 2. *Ejusdem De Zelo et Livore.* Initium: *Zelare quod Bonum videas et inuide-*

re melioribus &c. Edit. cit. col. 503. Ad calcem hujus Opusculi litera quadrata legas: *Finit Pars Prior S. Cypriani.* Et continenter

X. Incipit *Altera Pars Epistolarum S. Cypriani Episcopi In primis de dominica oratione.* Initium: *Euangelica precepta fratres karissimi nihil aliud sunt &c.* Edit. cit. col. 413.

XI. fol. 172. p. 2. *Ejusdem De Mortalitate.* Id minio rescriptum. Incipit: *Etsi apud plurimos uestrum fratres dilectissimi mens solida est &c.* Edit. cit. col. 461.

XII. fol. 190. p. 2. *Ejusdem* minio ad *Demetrianum.* Incipit: *Oblatrantem te et aduersus deum qui unus et uerus est &c.* Edit. cit. col. 431.

XIII. fol. 209. absque Inscriptione *Ejusdem de Opere et Eleemosynis.* Initium: *Multa et magna sunt fratres dilectissimi beneficia diuina &c.* Edit. cit. col. 475.

XIV. fol. 225. *Ejusdem Ad Fortunatum.* Id est: *De Exhortatione Martyrii.* Incipit: *Desiderasti fortunate karissime, ut quoniam pressurarum &c.* Edit. cit. col. 513.

XV. fol. 254. p. 2. absque Inscriptione *Epistola ad Thibaritanos de Exhortatione Martyrii.* Initium: *Cogitaueram quidem fratres dilectissimi atque in uotis habebam &c.* Edit. cit. col. 195. En igitur XII. *Cypriani* Opuscula in *Partes duas*, atque adeo binas *Ἐξάδας* tributa et a perita manu descripta, quae non inutile fuerit

cum Impressis contendere ; ut enim dictionis varietas haecenus a variis diligenter lecta sit, non deest tamen hic Spicilegium. Ita mox in prima ad Donatum Epistola pro: *hoc tempus est, cum*, Codex: *hoc tempus est, quo*. Pro: *familiae strepentis obtundat*, Codex: *strepentis familiae aures obtundat*. Pro: *divina indulgentia pollicebatur*, Codex: *diuina clementia pollicebatur*. Pro: *Qui possibilis, aiebam, est tanta conversio*. Codex: *Impossibilis, aiebam*. Est tamen etiam, ubi peccat. Ita mox hic pro impresso *Conversio* perperam *Conuersatio* &c.

Dicam etiam, quae Codicem utrinque ambiant. *Fol.* quidem 1. comparet Simulacrum Servatoris quatuor clavis cruci confixum, depictum coloribus; *pag.* autem *versa Chuono* cum uxore *Azala* et filio *Wisint* delegant a morte sua Praedium *super Altare sancti Stephani*, cuius rei testes sunt: *Chuonradus comes. Parahart. Wecil. Charlman. Penzo. Uodalrich. Ratolt. Rabawin. Echerich. Razo. Walto. Wecil. Folium* 2. e quodam *Poenitentiali* decerptum incipit: *feminis agat. Primos etiam XL. dies in pane et aqua et sale ieiuent. Si autem uiderimus corpus imbecillum concedantur eis III. dies in ebdomada ut legumine aut borto sustententur* &c. Delictum nullibi exprimitur. Voces peculiare insertae sunt *Medo, Ceruifa* et *Faida*, siue Inimicitia, de qua *Cangius*,

Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

Carpentarius, Scherzius in Glosariis. Citatur item *beatus Gregorius in libro pastoralis cure*. *Theca postica* primo exhibet superstitionis Formulam in Partus difficultate ita adhibendam: *Anna peperit samuel. Elisabet iobannem. Anna peperit mariam. Maria christum. Infans. siue masculus. siue femina. siue mortuus. siue uiuus. Adiuro te per deum uiuum. per deum uerum. per deum sanctum. per deum qui natus est ex maria uirgine ut exeas te uocat saluator ad lucem. Illuminare domine his qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Per christum dominum nostrum. Ter Pater noster. Ter Credo in deum*. Sequitur *Traditio praedii, quale Piligrimus habuit in oumenaube*, per *Chuonradum* filium *uodalrici* comitis nomine ipsius *Piligrimi super altare sancti stephani in loco qui dicitur ad sanctum ypolitum*. Testes per aurem tracti sunt: *Pecilimus de heidindorf. (Haindorf.) Piligrim de ranna. (Ranna.) Ismirich de annandorf. Pernbart. Ratolt. Purrbart. Dietpranth. Durinch. Sigipolt. Piligrim. Charlman. Altmar. Wolfcanch. Hobolt. Rabawin. Penzo*. Ex hac Traditione liquet, *Codicem* nostrum olim pertinuisse ad antiquissimum Collegium Canon. Reg. ad D. *Hippolyti* infer. *Austriae*, nunc in *Sedem* Episcopalem conuersum. Scripta fuit illa, uti et reliqua *Codicem* ambientia saltem *Sec. XII*.

LII

CCLVII.